



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

Synonymia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

te merito utriusque pari poena afficiuntur, quos pariter non decet habere. Item Lysia, Quapropter pergam: in multos largitionem, abstinentie testimonium non credideris: multo enim confidentius hoc genus hominum furatur. Nam quo magis eget ad sumptum ambitionis, audacius facit rapinam, ut huic ipsi ambitioni copia suppeditari possit. Item Demosthenis; Cum ei quidam obiecit, matre Scythia natum, respondit: Non miraris igitur, quod Scythia, matre barbara natus, tam bonus, & clemens euaserit? Item eiusdem. At ego hunc propterea malum esse existimo, quia nimium se gerit seuerum. Namque ex hominibus humanitatem ac misericordiam tollere, maximum signum malitiae videtur. Ego contra deos precor: namque eiusmodi ciuem habemus, qui ad supplicium sumendum in omnes partes sit inexorabilis.

prias ei cogitationes ad remorandum subijciebant. Item Democharis. Nam quis haec simul vniuersa perpeti possit, timorem, morbum, senectutem, concumeliam, inopiam, vim? quarum quaeuis una res, per se satis est grauis ad perferendum. Sed in coniunctione plurium verborum huiusmodi est. Lycurgi, nemo enim nocens sine summo dolore est, Iudices, sed multa simul eum perturbant, quod adest sollicitudo diuis plenum, quod futurum est formidofum, lex paratum supplicium ostentans, vitia ex vitijs coacta, occasiorem arguendi maleficij captans inimicus: quae quotidiano vehementer eius animum excutiant.

Synchorests.

Zvxxwrens cum aliquid etiam iniquum caussa fiducia concedimus. Quint. lib. 9. cap. 2.

Syncrests.

Siue antithesis, comparatio rerum, atque personarum inter se contrariarum. Ut, ego arguor pro malefactis: Helena redeat, virgo pereat innocens: tua reconcilietur uxor, mea negetur, filia mea. Cicero pro Murena, Vigilas tu de nocte, ut consultoribus tuis respondeas; ille ut mature, quo intendit cum exercitu perueniat, &c. Item in Verrinis, iste multo sceleratior, & nequior quam ille. Adrianus, aliquando etiam felicior fuit, &c.

Synchysis.

Confusio est hyperbatum obscurum.

Synecdoche.

Notum ex vulgaribus tropis.

Synceciosis.

Zovvniwris commistio, qua duas res diuersas colligit, ut, tam deest auaro, quod habet, quam quod non habet. Fab. lib. 8. cap. 3. a Scaligero dicitur. Cinnus poet. lib. 3. cap. 46.

Synonymia.

Communio nominis. Utimur autem eo genere videtur dignitatem, aut magnitudinem rei demonstrare: ideoque in eiusdem significatione plura conferuntur, ut si dicas, prostratus, affixit, perculit.

Sistrophe.

Est conuersio & conuolutio.

Tapinosis.

Cum rei dignitas uerbi humilitate deprimatur, ut gurges, pro mari: Quint. lib. 8. cap. 3. Rea

Sustentatio in paradoxo.

Syllepsis.

Jul. Ruf. p. 30.

Est, cum duabus diuersisque sententijs, & rebus unum datur uerbum minime utriusque conueniens. Ut, [inclusos utero Danaos, & pinea furrim. Laxat claustra Sinon.] Laxat enim ad Danaos referri non potest: sicut ad claustra. Et optime Graiugenum, cui me fortuna precari, [ac uitta comptos uoluit praetendere ramos, ita & cui precari potest uideri ratione connexum. Et, [his quidam signis, atque haec exempla secuti.] Haec latine dicitur correptio.

Symploce.

Aquil. p. 11.

Connexum: Haec figura ex utraque earum, quas supra demonstraui, composita est: utramque orationis speciem circundat. Nam & incipit saepius ab una parte orationis, & toties in unam, atque eandem desinit. Ut haec se habet, quis legem ruli: Rullus. Quis tribus sortitus est: Rullus. Quis decem uiros creauit: idem Rullus.

Synatrosismus.

P. Rutil. p. 11.

Hoc & singulis uerbis & plurium uerborum coniunctione fieri potest. Singulis uerbis hoc modo.

* al. Cleocharia.

* Clearchi, sed cum ad supplicium iudicandum se conuocaret, multa simul eum reuocant officia, consuetudo, tempus, existimatio, periculum, religio: quae singula pro-